

SOLENNITAS PRECUM

In Finland. Die 8. In Bothniâ Orient. d. 22. Octob. 1675.

Paraf. Psal. 140. ex uno vel pluribus versiculis à 5. ad 10. (qui concioni tertiae destinati sunt) de præsentis diei instituto institui potest exhortatio, pro felicitate arborum nostrorum fideliter orandi.

TEXTUS.

Tbren. 3. v. 39. 40. 41. 42.

Exord. Mich. 7. v. 9. pia vox Ecclesiæ patientis, iagh wil-
tn iagh hafiver syndat. ira Dei adversus impios ir-
revocabilis, Job. 9. v. 13. sed quando Ecclesiam suam ca-
stigat poenis temporalibus pii cum Propheta exclamant,
iagh wil bärä/ quia desit tandem, Psal. 30, v. 6. in terra
(1) agnoscant culpam suam, tn iagh hafiver syndat. (2)
sunt pœnitentes, alias nulla spes, quæ tamen reqviritur,
Mich. 7. v. 7. (3) sint patientes, - bärä. appl. ad statum Pa-
tria præsentem, ideoqve ex textu prælecto commodissimè
docemur

Lectio nova pro p. 1. ad hanc missam. I. Agnitione propriæ inobedientie, II. Studio vera penitentie, III. Proposito firmæ patientie;

Votum ex Psal. 6. v. 5. 10.

Naturale hominibus est, in calamitatibus querulas mit-
tere voces (fnoria) id videns Propheta, ostendit de quo
conqueri decet, nempe de nobismet ipsis, & sic parandi
sunt animi nostri.

I. AGNITIONE PROPRIÆ INOBEDIENTIE; id-
que (1) peccata improbando, (fnoria) in Heb. vir super pec-
catum, vox orig. propriæ de viro forti usurpatur, vult ita-
que Deus, ut viros, h.e. severos nos præbeamus, adversis
peccata nostra; laudatur animositas, quæ gravi hosti stre-

A

nue

278.

nuè resistit; appl. & add. dicta S. S. de luctâ spirituali, Gal,
5. v. 17. &c.

(β) *Vias nostras scrutando.* v. 40. *lāt oſ ransaka* - tan-
ta enim hominum est stultitia, ut se sine culpâ esse opi-
nentur, ideoque accuratum hic Deus requivret scrutinium.
Duo hic adhibentur verba, (a) *ransaka* / qvod de accu-
ratissima scrutatione usurpatur, qvæ fit candelarum accen-
sione, Zeph. 1. v. 12. item in silvis ad singulas arbores, Amos
9. v. 3. (b) *sōfia* / de tām accuratâ investigatione, qva-
lis omniscientiæ divinæ competit, Psal. 139. v. 1. 2. 3. Jer. 17.
v. 3. sic David de se, Psal. 77. v. 7. Omne malum nobis
evenit, qvia impii sumus; & ideo impii, qvia securi; & ideo
securi, qvia non scrutamur vias nostras. hinc apparet ne-
cessitas hujus scrutinii. Num. plur. *lāt oſ ransaka*-innuit
qvod diligenti ac communi sollicitudine scrutemur.

(γ) *Peccata confundo*, v. 42. *wij wij hafwe* - vocab. *wij* /
sicut in applicandis promissionibus est vocab. fiduciæ; ita in
scrutinio vitæ est, vox contritionis, & utrumqve ad veram
pœnitentiam requiritur. Peccata vero nostra haud levia ju-
dicabimus, sed gravissima, id est verba quæ hic occur-
runt, de crimine haud levi Esa. 1. v. 2. &c. v. 6. & 6. v. 7.
usurpantur. *olydige/ rebellavimus*; rebellio in civilibus, se-
verissimè punitur, Num. 16. v. 1. 2. 32. peccata autem nostra
vere rebellionis crimina sunt, Psal. 51. v. 6.

Usus. Ex S. S. Dictis, in primis ex Psalmis pœnitentialibus, atqve exemplis ostendenda necessitas ac utilitas ho-
rum Trium, a. β. γ, ac nunc Præcipue communi voce agno-
scamus culpam nostram, nec in malo imminenti culpam
in alios rejiciamus, ipsimet nos reos fateamur. Qvot ge-
nera peccatorum commisimus tot hostes meruimus, &
qvoties illa peccata in impœnitentiâ iteravimus, toties no-
vis pœnis justissimus Deus nos affligere jure suo potest, did.
ex Decalogo collato cum vitâ nostrâ, &c. parandi animi
nostrî

II. STU-

332
132

II. STUDIO VERÆ POENITENTIÆ, vers. 40. lät oß
omwenda oß / non qvod homo proprio motu ac viribus
suis se ad Deum convertere possit, nam & ipsa confitio,
(de qvâ suprâ a. b. y.) non potest esse salutaris sine gratiâ
Dei in nobis operante; verum illis verbis, lät oß omwän-
da - exprimitur desiderium & propositum convertendi se ad
Deum, in homine peccata sua consitente & improbante,
maximè vero hic exprimitur actus fidei lät oß vphffsta
Mår Hierta / vers. 41. ex hoc loco pia introducta Formula
Ecclesiarum nostrarum, vphffster edor Hierta til Gudh.
freqvens alias in S. Script. vphffsta Händerna / qui est ge-
stus precantium, Psal. 63. v. 5. Et 88. v. 10. Et 141. v. 2. &
h.l. quasi explicatur, qvid sibi velit iste gestus, nempè,
qvod sic extendendo manus corda nostra ad Deum elevata
indicemus, vid. conc. pœnit. II. diei primi hujus anni, memb.
n. y. & add Thren. 2. v. 19.

inf. 1
Rabat

Uſus adhort. ad preces fiduciâ plenas, sicut infantes
qui ipsi ire nequeunt, extendunt manus ad parentes, ut se
excipient, portent, &c. & sicut illi qui aqvis immersi exten-
dunt manus ad adstantes, ut sece extrahant. ita & nos qui
sine ope Dei nullas habemus vires; qui aqvis calamitatum
immersi sumus, extendamus manus nostras ad solum De-
um, v. 41. til Gudh i Himmelen, atque sic Deum omnipo-
tentem, cœli ac terræ Dominum fatemur, Psal. 135. v. 5. 6.
ut autem Deo grata sit hæc manuum ac cordium elevatio,
necessæ est ut sint corda purificata per fidem, Act. 15. v. 9.
Hebr. 9. v. 14. sint quoque puræ manus, 1. Tim. 2. v. 8. conf.
Esa. 1. v. 15. vid. conc. I. diei tertii hujus anni. add. Hebr.
12. v. 12. 13. 14.

III. PROPOSITO FIRMÆ PATIENTIÆ; v. 42. ther-
före hafwer tu - est hæc virtus in calamitatibus maximè
conspicua, quam nobis (a) injungit Mandatum Dei, Luc. 21.
v. 19. Hebr. 12, v. 1. 9. (b) commendant sanctorum exempla,

280
Juc. 5. v. 10. 11. (c) hujus virtutis utilitas, *Jac. 1. v. 3. 4.* add.
Rom. 5. v. 4. ac imprimis (d) justitia Dei, tanquam argumentum patientiae, tu hafiver medh råtta intet Nonat.
conf. *Neb. 9. v. 33. 34. Dan. 9. v. 7.*

*U*sus, Vita itaque pœnitenti ac ardentibus precibus studeamus evitare mala, qvod si nihilominus Deo visum fuerit, post famem aliaque mala, adhuc bello aut similibus pœnis nos castigare atque punire, parandi sunt animi nostri agnitione culpæ, studio pœnitentia, firmaque patientia, & miserabitur nostri Deus misericordissimus, 2. *Chron. 12. v. 5. 6. 7.* ante omnia in omni malo temporali cum verâ fide & vitâ sanctâ spem vitæ æternæ fovebimus certissimam, *Psal. 140. v. 14. 2. Pet. 1. v. 10. 11.*

CONCIO II.

Paræc. *Luc. 19. v. 42.* Om̄ tu och wisse: ita & Christus nos alloqvitur i thenna wår Dagh. Ninive intra 40. dies pœnitentiam egit, at Hierusalem, ipsius Dei civitas, 40 annos, post conciones Christi mansit impoenitens: ne itaque ruina ejusmodi, qualis Hierosolymæ, nos maneat, imitanda nobis erit pœnitentia Niniyitarum. adhort. ad preces.

TEXTUS.

Jona 3. v. 3. ad finem.

EXORD. *Matth. 11. v. 41.* Dura vox Christi, qvod Judæi verbum Dei habentes, (*Rom. 3. v. 2.*) qvibus id toties prædicatum, tamen condemnabuntur, à Niniyitis, unicâ Jona concione conversis; pariter & nos si impoenitentes fuerimus, cum Judæis eandem experiemur, (qvod Deus avertat) condemnationem. In Niniyitis est exemplum veræ pœnitentia, quo discimus, qvomodo iram Dei effugiamus, si scilicet illos imitemur; si v. Divitias bo-

281

nitatis, &c. Dei spreverimus, Rom. 2. v. 4. Irat nobis the-
saurizamus, ibid. v. 5. Præstat igitur in hoc mundo à Ni-
nivitis doceri, qvam ab iisdem in die judicii condemnari;
videamus ergo

3
133

Qualis sit pœnitentia, qvæ pœnam avertat? Scilicet

I. *Matura sine dilatione.*

II. *Sincera sine superstitione,* &

III. *Universalis sine cuiusquam exceptione.*

Vor. ex Psal. 5. 12. 13. 14.

¶ Repeti breviter potest historia missionis Jonæ ex Cap. 1.
& 2. Nunc v. secundâ vice mittitur, Cap. 3. 1. 2. Mittitur
ad Niniven, qvæ sic describitur, v. 3. erat a. Ninive civitas
magna Deo, h. e. revera erat magna. Nam qvod Deus judicat
magnum, id omnino magnum est, ambitus sive circuitus ejus
trium Dicrum fuit, Historici Veteres numerant 480, stadio-
rum ambitum ejus, h. e. 20. circiter milliarium. In ma-
gnâ civitate, magna peccata, Cap. 1. 2 sed magnum dedit
pœnitentia exemplum, fuit I. pœnitentia eorum.

Civitas
20 f.

I. *Matura sine dilatione*, v. 4. 5. Jona begynte tå trod-
de, ad primum initium concionis. & qvam primum rumor
de illa circumferebatur, illi de pœnitentia solliciti erant
(v. 4. ena Dagjens) plurim n. dierum iter tåm vasta ci-
vitas reqvirebat, at illi unius diei prædicatione commoti;
Namqve erat concio ejus severa, (Thet är ännu 40. Da-
gar/ så stal-) sed conditionalis videlicet si pœnitentiam
non egerint, Conf. Jer. 18. 7. 8. 9. 10. Matth. 3. 10. Luc. 13.
5. 9. Maturè a. pœnituit non saltem populum sed & Regem
vers. 6. Tå thet kom för Konungen - ad primum rumo-
rem pœnitentiâ ducitur, han stodh yp: in deliciis non
mansit, fettinavit v. ad saccum & cinerem.

Uſus: Maturè agamus pœnitentiam (a) ratione periculi,
frustra finem pœnæ expectamus, sic n. periit Hierosolyma:
did, (b) ratione ætatis, incauti ad senium differimus (pœ-

282.

nitentiam) stolidè ad horam mortis illam rejicimus, Syr. s.
8. &c. did. NB. Pauci in horâ mortis salutarem pœnitentiam agunt, illos putamus, qvi fœdus in baptissimo initum tanto peccatorum numero per multos annos violarunt, de cætero langvor animi, dolor corporis, curæ mundanæ, morsus conscientiæ, & multa alia morituros turbant, & in multis secura magis est periculi æterni ignorantia, qvam vera fiducia, & contra seram pœnitentiam validissimum hoc est argumentum, qvod pœnitentibus injuncta sit obligatio, ad vitam Deo gratam, Tit. 2. v. 11. 12. 13. 14. at qvi vitam jam fuiit, de illâ cogitare non potest, qvia sic piè vivere non voluit qvando potuit. adm.

II. *SINCERA SINE SUPERSTITIONE*, Talem a. fuisse eorum pœnit. patet (α) ex ejus *Descriptione*, ubi (1) *fides*, vers. 5. tå trodde the- qvia omnis vera pœnitentia, in & ex vera fide, Act. 20. v. 21. Conf. Hab. 2. v. 4. Gal. 3. v. 11. de fide n. Ninivitarum ipse Christus ait, Matth. 12. v. 41. Luc. 11. v. 39. Crediderunt in Deum justum, qvi punire voluit; omnipotentem, qvi potuit; veracem, qvi tempore constituto id faceret, nisi pœnitentiam agerent, & qvod illis maxime salutare erat, crediderunt in Deum misericordem & per veram pœnitentiam placabilem: Credendum talia fuisse verba Jonæ, qualia Jeremiæ, Cap. 3, v. 12. 13. § 7. v. 3. s. 6. Et, (2) Aversio à malo, vers. 8. 10.. Wånda sigh ifrå sin onda Wågh; violentas manus ab opprimendo, usurarias ab usuris, injustas ab injuriis retrahebant, ifrå sina Hånders Onsto/ vid. Conc. I. diei tertii hujus anni.

(β) Ab ejus *Signis*, qvæ hic plura receusentur, I. *Jejunium solenne*, vers. 5. & qvidem mandato Regis, vers. 7. sic n. ubi homines non curant cutem, nec implet corpuss, animâ rebus divinis ac precibus melius vacant, vid. jejunii præceptum, Joëlis 1. v. 14. § 2. v. 12. & ejus utilitatem

283

tatem, *Marc. 9. v. 29.* denique exempla Israëlitarum, *i. Sam. 7. v. 6.. Davidis, 2. Sam. 1. 12. & 12. v. 16. Josaphati, 2. Chron. 20. v. 3.* Nehemiæ, *Cap. 1. v. 4.* Danielis, *Cap. 9. v. 3.* At pœnare hic est, qvod & bruta à pastu & potu arcebantur, idqve inter alias causas (a) ut boatus & clamor jumentorum Ninivitis esset cohortationis loco, ut tanto ardentijs precarentur, (b) ut Ninivitæ tempus qvod curæ pecorum tribuendum erat, precibus impenderent, (c) ob insignem uilitatem, testatur n. scriptura jumenta & pullos corvorum Deum invocare, *Psal. 147. v. 9.* Non ut homines, sed eorum sitis & fames naturali appetitu cibi, divinam opem qvasi exposcere ac implorare videtur. 2. *Saccorum induitio, vers. 5. 6.* erant a. sacci viles ac pungentes vestes, ut ipso illo habitu, qvasi castigarentur, sic Daniel *Cap. 9. v. 3.* & Baptista pœnitentiæ præco, *Marc. 1. v. 6.* ex fide Ni-nivitarum patet hæc opera fuisse bona & non superstitionis, at Pontificiorum hypocritica, qvia fide verâ destituuntur. 3. *Glorie mundane ac deliciarum abjectio, vers. 6.* stodh vp aff sitt Säte / lade aff - sine dubio & cives ad exemplum Regis à lum. desponsamus did. Cineris sparsio, vers. 6. sic Israelitæ, *Neh. 9. v. 1.* & Christus tanquam manifestum pœnitentiæ signum affert *Matth. 11. v. 21.* (qua cineris conspersione fatebantur se esse cinerem & pulverem, *Gen. 18. v. 27. Job. 30. v. 19. & 42. v. 6.* & invitabant erga se miserationem Dei, erga opus suum ex pulvere conflatum *Psal. 103. v. 14.* spem foventes, Deum ex pulvere aliquando eos resuscitaturum, *Job. 19. v. 25.*) 5. *Clamor uehemens, vers. 8.* ropa stadeliga talis clamor summae necessitatis indicium & opus animæ pœnitentiæ fuit, sic David sapius *Psal. 18. v. 7. & 42. v. 2. &c. Justi, Psal. 34. v. 18. Cananæa, Matth. 15. v. 22. &c.*

(y) Ex eventu, qvippè subseqvebatur condonatio, vers. 10. *Angrade Gudh.* non talis in Deo pœnitentia, qvalis in homi-

134

hostine, qvia ipse immutabilis est; *Mal. 3. v. 6. Jac. I
v. 17.* sed tali modo loquendi ostenditur Deum pœnitentes prorsus non punire velle, verum priores minas sic retrahere, quasi non factas vellet,

Usus 1. Did. de vera pœnitentia, & quod externis illis signis sine hypocrici, & nos & alios, ad eandem excitemus; *did. ex Expl. Textus;* frustra enim speramus Deum pœnitentiam nostram acceptare, quando ipsi in luxu, superbia, aliisque vitiis dies pœnitentiales pariter ac reliquum tempus transigimus;

2. Consolatorius de utilitate pœnitentie: sic Ninivæ liberati ab excidio, *vers. 20.* adde *Jon. 4. v. 2. Jer. 3. v. 12. & 18. v. 8.*

III. UNIVERSALIS SINE CUFUS QVAM EXCEPTIONE,
(1) vers. 5. Små och Stora. Conf. *Joel. 2. v. 15.* Parvulis Deus maxime parcat, *Jon. 4. v. 11.* (2) *vers. 6. 7. Konungen och Folket / Rex præbit exemplo & subditi sequentur obedientia,* Conf. *2. Chron. 20. v. 3.* (3) *vers. 7. 8. Folck och Fäa* sed cum discrimine, vid. supra (2) *de jejunio,*

Uſus adhort. Ut communi voce & junctis suspiriis deprecemur mala qvæ nos premunt, & imminere videntur, præcipue *Bellum*, de quo vid. Conc. pœnit. II. diei primi, Anni 1674. Doct. I. undè præcipua deпромantur; Ne confidamus in eo, qvod aliqui inter nos sint pii ac pœnitentes, & qvod Deus propter illos semper nobis parcat, aliquando id facit, ut patet ex *Gen. 18. v. 24. seqq.* At aliquando illi soli liberantur, reliquis pereuntibus, vid. *Ezech. 34. v. 14. 16. seqv.* Et in extremo judicio maximum inter illos & hosce discrimin erit, *Malach. 3. v. 16. 17. 18.* Hinc Exhortatio ad universalem, sinceram & maturam pœnitentiam.

NB. *Textus III. indigitatur in Parafc. Concionis I.*

F I N I S.